

pavum, vel cygnum, sed lilia ob majorem eorum utilitatem. Et ait, lilia agri. Apud Palæstinos in locis horridis, & incultis lilia pullulant, ut testatur Brocardus, 2. part. descriptionis Terra sanctæ, cap. 1. Et peculiari energia hic dicuntur potius lilia agri, quàm hortorum, ut notat Abulensis quæst. 182. ad ostendendam minorem sollicitudinem, nam lilia, quæ in hortis, vel domibus nascuntur per humanam artem & culturam plantantur & crescunt; quæ verò in agro sunt sine alicujus cultura pullulant, & eorum pulchritudo absque alicujus sollicitudine accrescit: Non laborant, neque nent, scilicet ut ait Hugo, coloribus se exornando. Et ait: Non laborant, quod ad viros pertinet; Neque nent, quod ad feminas spectat ut ita utriusque sexus sollicitudinem nimiam excludat.

Abulens.

Hugo.

76.

Eclli. 2. Hugo. Abulens.

Aliena nunquam condecorant.

Chrysof.

Hugo.

77.

Chrysof.

Gloria impij brevis transit.

Palat.

Sapient. 5.

Divina providentia si-derum.

Dico enim vobis, quoniam nec Salomon, adducit Dominus hic Salomonem in exemplum, quia inter Judæorum Reges maxime floruit divitiis, auro, & argento, ac varietate domesticæ suppellectilis. 3. Reg. 10. num. 27. Et ita ipse ait Supergressus sum opibus omnes, qui ante me fuerunt in Jerusalem, Ecclesiast. 2. num. 9. In omni gloria sua, seu, ut habet alia littera, ut restator Hugo, In omni regno suo, seu, ut explicat Abulensis, In omni ornatu, & apparatu suo exteriori, in quo Salomon fuit abundantissimus; seu omni gloria sua divitiarum, scientiarum, & potentiarum. Cooperatus est, sicut unum ex istis. Salomon cum tanta gloria, & majestate non est tam pulchrè, & decorè indutus, sicut unum ex istis. Primò, quia ars non dat tam vivos colores, ut natura. Secundò quia, ut ait Chrysof. Salomoni homines ministrabant vestes; istis autem liliis Deus; & quæ à Deo sunt, ab iis semper quæcunque exceduntur humana. Tertio Hugo. In Salomone fuerunt vestes aliena: in lilio vero propria vestes, quas natura dedit ei. Et quæ propria; semper superexcedunt quæ ex alieno habentur. Si autem scænum, Græcè herba. Egerat supra divinus Magister de avibus, & de liliis; nunc ad scænum agri descendit. Et arguit Dominus à minori. Si Deus, ut ait Chrysof. homil. 23. herbam campi, quæ tam minimi est valoris, sic vestit & exornat; quid erit de vobis. Et egit prius sapientissimus Magister de avibus; deinde de liliis, nunc ad minimam herbam descendit. Quod hodie est, per unum diem, & cras, scilicet brevi transit, & in clibanum mittitur, hoc est, siccat, fitque scænum, ac in clibanum, seu furnum mittitur ad ignem succendendam. Palatius ait, quod per scænum intelliguntur impij, qui hodie tantum sunt. Unde iniqui in Inferno dicunt: Nos nati cominud deservimus esse, Sap. 5. n. 13. Deus sic vestit, dando eis tantam pulchritudinem, & elegantiam: Quanto magis vos, qui estis ad ejus imaginem creati, amici, ac adoptati in filios, & hæredes, vestiet, exornabit; modica fidei, seu, ut habent Græci, parva fidentis. Ex hac Christi increpatione rectè colligitur, quod tota nostra anxia sollicitudo de cibo, & vestimento provenit à nimia dissidentia divinæ providentiæ; nam si in illa homines essent nimis firmati, non essent tam vehementer solliciti, sed in ea securè conquirerent; nam Deus laborantibus moderatè, ac sibi sidentibus de omnibus necessariis sufficienter providet.

QUESTIO XIII.

Quare Dominus de liliis tantum prædicet pulchritudinem?

VERITATIS Magister aperta voce asserat, liliorum pulchritudinem magno intervallo superare pretiosam. Salomonis sepellectilem, vestem, ac ornatum, totum ex ferico, auro, argento, & lapidibus pretiosis intertextum. Et primò eorum gloria, & excellentia visitur in vivaci colore, sive albo, sive violaceo, nunquam enim ars omni sua industria potest adæquare naturam, ut rectè ex Chrysof. ac Hieron. Hieronymo observat hic Abulensis quæst. 182. Abulens. Quia, ait in flores, & pictores non possunt ita puros, & vivos colores consicere, & rebus dare, sicut natura dat: sed imitantur aliquantulum naturam, ut possunt, multum tamen imperfectè. Deinde in lilio nitet magna elegantia, eximia pulchritudo, ac suavissimus odor, ut ponderat D. Ambrosius lib. 3. Hærem. ap. 3. Et ideo lilia inter flores maxime celebrantur in sacra Scriptura, Eccles. 39. num. 19. Florete flores quasi liliam, & date odorem. Isai. 35. num. 1. Latibit in deserto, & in via, & Isai. 35. Cant. 2. num. 1. ait Dilectus: Ego flos campi, & liliam convallium.

Secundò D. Chrysof. hom. 23. Cujus rei gratia tanto etiam herbas decore vestitur? D. suam, sci- licet, sapientiam, creator ostenderet, copiosaque virtutis: ut undique illius gloriam narrari, verum enim cali tantummodo gloriam narrari, verum etiam terra. Nam hoc quoque ipse David dixit, in Psalm. 148. n. 9. Laudate Dominum signa fructifera, & omnes cedri. Alia quippe de fructu, alia de magnitudine, alia de decore laudem creatori videntur emittere. Id autem ipsum maximas profectò designat divitias sapientia, quando etiam in hac que sunt utique vilissima, tantum decoris effectus. Lilia agri, & herbas Deus sic vestit, & exornat, ut omnem Salomonis apparatus superent; & ipse Dominus ostendat divitias magnitudinis sue, ac ut nobis etiam aperiat suam providentiam, ut etiam ait citatus Chrysof. Quæ omnium verum curam gerit, magnarum scilicet, ac minimarum.

Tertio, Et si omnes flores spem præ se ferant, siquidem visis floribus statim de fructibus concipimus spem: tamen liliam præ cæteris floribus hoc habet peculiare, teste Pieno Valeriano lib. 55. de lilio, ut spem denotent, ac illius esset celebre hieroglyphicum apud præcos. Unde in antiquis Imperatorum nummis ex una parte videmus insculptum Deum, dextera liliam tenentem, cum hac inscriptione: Spes publica, seu, Spes augusta, seu, Spes populi Romani. Et, ut Poëta Aeneidos 6. magnam spem habitam denotaret de Marcello, ita eum hoc ingenti encomio celebrat.

Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos In tantum spe illicet avos. Et statim subdit: Si qua fata aspera rumpas, Tu Marcellus eris: manibus datè lilia plenis. Meritò ergo Christus Dominus, ut nostram dissidentiam argueret, atque damnaret, in exemplum apponit

Spe bona caelestia videntur. Laut. Iustin.

81. Nilus.

Cant. 2.

Chaldaea Paraphrasis.

Animus in aco sicuti- bus quærit, in aco gloria extollitur.

82.

Antonius Ulyssipon.

Medicina in radice, candor boni operis in operatione.

83.

Paschal.

apponit liliam, spei symbolum; quia si hanc ad Deum erigas, omni ornatu, ac abundantia rerum, Salomonis gloriam superabis. Spes omnium in nobis est felicitatum seminarium. Quod a gumentum late prosequitur D. Laurentius Justinianus tract. 8. de spe, cap. 2. Et ait: In presenti tempore spe, est quadam vigilia solemnitate æterna, nam est artha æterni præmij, & ponderatio futura suavitatis, cui datur intrare in horum spiritualis voluptatis.

Quartò, S. Nilus in Ascetico. Animus perfectus ab omni est sollicitudine vacuus. Impius sollicitudinibus teritur. De animo perfecto dicitur: Liliam est inter spinas. Cant. 2. n. 2. Hoc namque inter curas tranquillè degentem indicat. Liliam enim ut in Evangelio, quietum animum, ac minime sollicitum significat: Non laborant, neque nent. De illo autem, qui magnam in rebus corporis curam, & sollicitudinem ponit, scriptum est: Totam impij vitam, in sollicitudine. Liliam multoties, & valde frequenter in Palæstina, ut jam dixi ex Brocardo, inter spinas nascitur, à quibus eorum folia dilacerantur, ut clarus habet Chaldaea Paraphrasis: Comparata sunt rose, quæ germinat inter spinas à quibus perforantur, & rumpuntur folia ejus. Cum liliam sit inter insidiantes spinas, non laborat, nec fatigatur, sed sua quiete, ac tranquillata natura crescit, germinat, ac florere. Unde in hieroglyphicis animi quieti, ac securi, liliam assumitur, & etiam à multis pro Martyrum symbolo ponitur inter fareniam persecutiones. Meritò ergo Christus D. ad excludendam sollicitudinem ab animis nostris, ac ut placidam & tranquillam animum ingereret, lilia nobis objicit, quæ inter spinarum aculeos non laborant, neque nent, seu secuta eorum pullulante natura in suos flores erumpunt, & ita Salomonis gloriam superant; quam etiam facile vincit quilibet nostrum, qui inter rerum hujus sæculi voragine quieto, ac placato animo degit.

Quintò, Maxime Dominus hic extollit liliorum fastigium super Salomonis opulentissimum apparatus. Sed unde tanta gloria liliis? Divus Antonius Ulyssiponensis Dom. 15. post Trinitat. ait: quod in liliis tria sunt, medicina, candor, & odor; medicina in radice, candor, & odor in flore. Medicina poenitentes denotat, à quibus medicamen in radice, ac origine malorum adhibendum est. Candor autem, & sinceritas animi apparet in flore nostrarum actionum. Odor autem boni nominis, & famæ in vita, ac operatione. Hæc autem lilia sunt in agro, hoc est, in deserto, ac solitudine, & separatione tumultus hujus sæculi. Et cum his, ait Divus Antonius, citatus, Justorum lilia crescent de virtute in virtutem; & non laborant voluptatibus sæculi; neque nent, hoc est, diversa fila cogitationum non retorquent in temporalibus; sed vincunt Salomonis gloriam, in quo potentes, ac divites hujus sæculi significantur, quorum tota majestas frivola, ac transitoria est.

Sextò Lilia maximis encomiis hic sublimantur à Christo, itant eorum comparatione ordinis Salomonis apparatus vilescat. Sed ex quo tantam gloriam poterunt lilia comparare? Divus Paschasius lib. 1. in Psalm. 44. Virginitas, quæ Angelis comparatur, per lilia tam sapè in Scripturis facis præfiguratur; ut ideo dixerit Sylveira in Evang. Tom. 11.

Dominus, quod nec Salomon in omni gloria sua cooperatus sit, sicut unum ex istis. In quibus nimirum floribus venient floribus veri incorruptio, & quod hinc per charitatem integræ castitatis. Propter quod velim, vos considerare, virginitas quam præclara sit, quæ tantis, & talibus atcolitur præoniis. Lilia in tantum fastigium gloriæ crescunt, ut etiam opulentissimi, ac sapientissimi Regis laudetur: in liliis, virginitatis candor denotatur, cujus splendor ita nitet, ac folget, ut omni horum ornatus vilescat, vilis, ac minor appareat etiam qualibet virginitatis umbra.

Duos illustrissimos heroes invenimus valde celebres in Scriptura, Moysen, & Eliam. Moyses totius Populi dux, princeps, ac præfectus; in Ægypti constitutus Deus. Elias verò per antra deserti in pellibus caprinis degens. Et tamen Moyses legitur morti subiectus, terra sepultura traditur. Elias autem æternitatis candidatus, ut eum appellat Tertullianus lib. 2. de resurrexione cap. 58. magnifico curru, igneis equis, triumphali pompa super omnes, quos in veteri Testamento invenimus scriptos, gloriosè in cælum ascendit. Sed unde tanta gloria Eliæ? Accipe Divum Hieronymum lib. 2. contra Jovinianum. Quod si contentus ait, in Mose nuptias, in Eliæ virginitatem dixerim demonstrari, breviter audiant, Moysen mortuum, & sepultum: Eliam, igneo curru raptum, ante immortalem esse cænisse, quam mortuum. In Mose celebrantur nuptiæ, in parente Eliæ decantatur virginitas: & ubi puritatis candor nitet, ac conveniens erat, ut major pompa, ac ornatu, cæteris gloriosior superincederet, ac triumphali curru per æra evolaret.

Ait divinus Sponsus: Ego flos campi, & liliam convallium, sicut liliam inter spinas, sic amica mea inter filias. Cant. 2. n. 1. & 2. Illud maxime est ponderandum, quod cum summa charitate, ac amore se diligant sponsus, & sponsa. Cur ergo ipse Rex se appellat florem, & liliam; dilectam verò suam liliam tan am dicit? Autor est Augustinus lib. de saluatiibus documentis cap. 34. tom. 4. Quod Christus dicitur flos campi ob decorem sanctitatis, & donorum, liliam verò ob virginitatem. Unde inferunt Divus Gregorius Nyllenus homil. 4. Divus Ambrosius lib. 1. de Virginitate, quod dilecta anima lilio æquiparatur, ut ejus virginitas exprimat. Dicatur divinus Sponsus flos, & liliam: at ad sanctam animam extollendam, ac ad eam perfimilium suo sponso declarandam, fat est, ut decantetur tanquam liliam virginitatis symbolum, in virginitatis enim encomiis omnium magnalium laus, omniumque virtutum decus, ac ornamentum celebratur, ibique tanquam in compendio omnia recapitulatur. Unde de ea eleganter ait Hildebertus Turon. Epistol. 35. Virginitas curarum est silentium, pax carnis, virtutum principatus, naturæ obliuio, vitiorum redemptio. Virginitatis excellentias pulchrè describit, Bernardus Epistol. 42. ad Hen. Senonensem Episcopum. Quæ castitate decorus, ait, quæ mundum de immundo conceptum semine de hoste domesticum Angelum, Deumque de homine facit. Sola est castitas, quæ in hoc mortalitatis loco, & tempore statum quandam immortalis gloria representat. Sola inter nuptiarum solennia morem illius beatæ vindicæ rationis &

Umbra virginitatis quælibet aliorum ornatum superat.

84.

Tertull.

Hieron.

Virginitatis palma magnæ triumphus incedit.

85.

Cant. 2.

August.

Nyssen. Ambros.

In virginitatis encomiis omnis laus celebratur. In virginitate terra cælesti habet.

Virginitas quod immo- da ut principis celebratur.

in qua non nubunt, neque nubentur, prabens quodammodo terris caelestis jam illius conversationis experientiam. Quid majus potest dici de virginitate, quam quod angelicam, ac divinam naturam imitetur, & vivens in terra more caelestis patriae jam degat.

Matth. 6. n. 31. Nolite ergo solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur.

Ibid. num. 32. Haec enim Gentes inquirunt: scit enim Pater vester, quia his omnibus indigeris.

VERSIONES.

Syriacus. Ne igitur anxij sitis, neve dicatis. Quid edemus, &c.

Ibid. num. 32. Haec enim omnia gentes hujus mundi quaerunt sibi: Pater autem vester, qui est in caelis, novit, quod vobis requiruntur haec omnia.

Vatabl. Pagnin. Pater caelestis. D. Cyr. tra. Hae omnia nationes munde orat. Dom. di inquirunt. & lib. 3. ad Quirin. c. 11.

ALTER TEXTUS.

Luc. 12. n. 29. Et vos nolite quaerere, quid manducetis, aut quid bibatis: & nolite in sublime extolli. Haec enim omnia gentes quaerunt, Pater autem vester scit, quoniam his indigeris.

EXPOSITIO.

86. SUPRA exemplo volatilium repro- bavit Dominus, nimiam sollicitudinem circa victum, ac alimoniam. Deinde superiori sententia exemplo liliorum, atque herbarum eandem superfluum curam excluderat. Nunc vero ex his praemissis ponit conclusionem, ut indicat illa particula ergo, prohibens omnem timidam curam circa victum, ac vestitum. Et quamvis hoc videatur repetitio dictorum, tamen, ut ait S. Paschasius lib. 3. in Matth. Quae multum necessaria sunt, multoties dicenda; nam si una vice non praecipuntur, altera apprehenduntur. Et ita dicitur per Isaiam: Clama, ne cesses. Dicentes. Hoc magnam sollicitudinem indicat, ut ait Hugo, quae non solum retinetur in corde, sed

Conclusio ex supra dictis.

Paschas. Quae necessaria via repetenda.

Hugo.

etiam erumpit in sermonem. Lucas addidit: Nolite in sublime extolli, hoc est, ut explicat Toletus, Franc. Luc. Non fidendum astrologiae observatione ventura prospicere, ut in multum tempus futuris corporis necessitatibus consulatis ac provideatis. Illud hic est observandum, quod monet Euthymius, dicens. Tu vero considera, quod si nobis iustum est, ne de rebus etiam necessariis sumus solliciti: quam sperabimus veniam, cum de his etiam, quae necessaria non sunt, anxij simus.

Hac enim omnia gentes inquirunt. Est quintum argumentum: Haec nimia sollicitudo de cibo, potu, ac vestitu infidelis est, pagana, idololatra, & non Christiana. Ethnici enim, cum Deum ignorent, ac de revelatis non habeant cognitionem, totam suam sollicitam cogitationem ponunt, in his terrenis: At vos, qui estis discipuli mei, vera Dei fide illustrati, aliter debetis facere, ut de futuro saeculo solliciti multam confidentiam habeatis. beatis de divina providentia; de quo vide supra numero 49. Scit enim Pater vester. Alij addunt. Qui in caelis est; seu caelestis. Et est sextum argumentum: Nolite multum esse anxij, ac solliciti de cibo, potu, & vestitu, habetis enim Deum patrem, qui scit, ac novit vestram indigentiam, ut vobis provideat; & ideo omnem vestram curam, ac cogitationem in eum ponite: Ipse ut Deus, scit omnia; ut Pater, vult succurrere, ut Dominus, ac Rex caelestis praepotens est ad subveniendum. Nota, quod non ait: Pater vester succurret, seu providebit, sed scit, quia cum ipse sit pater, Rex, ac Dominus, non potest nostras indigentias scire, & videre, quin eis opem ferat, ac auxilietur. Illud etiam bene advertit Euthymius, quod postquam eos objurgavit, ne essent solliciti; hoc enim gentes inquirunt, statim eis levamen dat: Scit Pater vester caelestis. Est enim, ait Euthymius, praecipioris officium, & Euthym. objurgare, dum expedit, & consolari, ac utrinque excitare.

Tolet. Franc. Luc. Non fidendum astrologiae observationibus. Euthym.

87.

Homo sub Dei cura abundat.

Deus, ut patet, aliquando corripit, aliquando consolatur.

QUESTIO XIV.

Quare hic gentes ponantur in exemplum?

ILLUD in limine hujus quaestionis est observandum, quod Dominus, ad excludendam, ac summovendam sollicitudinem ab animis nostris de cibo, & vestitu, primo nobis ponit in exemplum nostram animam, & corpus: Nonne anima plus est, quam esca, & corpus plusquam vestimentum? supra numero 25. Et statim ordinatim descendendo, volucres caeli nobis objicit num. 26. Respiciete volatilia caeli. Deinde venit oratio ad flores, ac lilia campi: Considerate lilia agri, numero 28. Et postea pervenit oratio ad fennum, seu herbam agrotum: Si est, bruis, ac autem fennum, seu, ut habet Syriacus, herbam fenno campi inferior, exiit. Deus sic vestit, numero 30. Et tandem in ultimo loco Gentes, seu Gentiles adducuntur, cum enim sint sine fide, ac vere cognitione Dei, etiam inferiores, ac viliores fenno, & herba reputantur, ideoque post illa in deteriori loco commemorantur.

Ad quaestionem ergo: Cur hic Gentes memorantur? Respondet primo Chrysostomus hom. 23. Quod

89.

Chrysost.

Matth. 5.

Matth. 6.

Abulens. Ex Gentibus argumentum ad Iudaeos valde efficac.

90. Abulens.

Sapient. 2.

Christiani, cum e peccati venum salutis de temporalibus ne sint multum solliciti.

91. Cajetan.

Paschas.

Nimis sollicitus de temporalibus sit particeps erroris Gentilium.

92.

Numer. 20.

Quod hoc argumentandi genus in Scriptura frequenter est in uso. Matth. 5. n. 57. Salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis, nonne Ethnici hoc faciunt. Et Matth. 6. n. 7. Orantes nolite multum loqui sicut Ethnici. Itaque in medium repetere mores Gentilium, erat valde efficax argumentum suadendi apud Iudaeos. Nam Iudaei contemnebant Gentiles, tanquam rudes, & ignorantis; & ideo erubescabant, ac in magnum opprobrium reputabant, dici illis similes in aliquo, ut observat Abulensis quaest. 184. Et si hoc erat vulgare apud Iudaeos, ut Gentilium mores fugerent, ac declinarent, multo majorem vim habebat ratio apud Christi discipulos, quorum justitia non solum debebat abundare super Gentes, sed etiam super Scribas, & Phariseos, ut dixit Dominus Matth. 5. num. 20.

Secundum Abulensis quaest. 184. Dominus hoc loco errorem Gentium refutando, suos maxime exhortatur ad omnem sollicitudinem deponendam. Quia Gentiles, cum non haberent cognitionem de futuro saeculo, nihil sperabant; sed plurimi eorum credebant, post hanc vitam nihil esse, & consequenter nullum bonum manere homini, nisi comedere, & bibere, & frui delectationibus in vita. Et ita dixerunt Sapient. 2. num. 8. Coronemus nos rosis, nullam sit pratum, quod non pertranscat luxuria nostra, quoniam haec est pars nostra, & sors nostra. Et ideo Gentiles tam solliciti erant de cibo, potu, ac vestitu, haec Gentes inquirunt. At fideles, & Christi discipuli, qui non tantum Deum, sed etiam futurum saeculum agnoscent expectantes, caelestiumque promissionum sunt repleti, maxime debent a superflua cura terrenorum abstinere, & omnem suam sollicitudinem in Deum devolvere, ut solum ipsum cogitent, & solum in eum habeant suam confidentiam, ac spem.

Tertio Cajetanus: Haec omnia Gentes inquirunt, ait: Hoc est, Gentilis erroris circa divinam providentiam est: inquirere dubia, & timida cura haec omnia. Ac si aperte diceret: Gentilis erroris participes vos facitis, si solliciti de istis fueritis circa victum, & vestitum. Et ita Divus Paschasius lib. 4. in Matth. Qui de his, scilicet temporalibus, sollicitus est, infidelis censetur. Sed quomodo Christianus sua sollicitudine sit particeps Gentilis erroris, qui est Idololatria, & infidelitas verum Deum negans? Gentiles pro victu, & vestitu nimis solliciti erant, adorabant Deos lapideos, ferreos, & aereos, qui nulla compassione commoveri possunt, qui non habent aures, ut voces aliorum audiant; nec oculos, ut eorum necessitates videant, nec intellectum, ut quibus providendum sit, intelligant. Ergo qui nimis sollicitus est, Deum cogitat ferreum, vel lapideum, sine hominum cura, & tunc sit particeps Gentilis erroris. Nam quodammodo ipsa sua excessiva sollicitudo, quaedam Idololatriae species est, verum Deum denegans, cujus natura est summa bonitas, pietas, ac misericordia, intelligens super egenum, & pauperem, in cujus precibus sunt aures ipsius Dei, ut cunctorum necessitatibus, tanquam verus pater, provideat.

Cum Populus devenisset in Cades, ac magna aquarum penuria laborasset, seditionem commovet contra Moysen, qui ex Dei iustione ad petram accedit, & ait ad populum: Audite rebelles, & increduli. Num. 20. num. 10. seu, ut habet Paschasius in Evang. Tom. 11.

raphrafs Chaldaica. Audite protervi, & contumaces. Graecus vero: Audite diffidentes, & increduli. Sed cur Moyses tam rigida censura hic in Populum invehitur, ut alibi talem ab ipso in eum inflictam non legas? Cur eos rebelles, & incredulos non appellat, quando sibi persuadent contra Dei verbum, ac promissum, e manu Aegyptiorum, quos post se videbant venire armatos, Exod. 14. non posse evadere, ac effugere, Exod. 14. num. 10. Vel quando diffidunt de obtinenda, ac subjunganda Promissionis terra, Numer. 14. num. 23. Cur ergo rebelles, & increduli hic tam aperta voce publicantur? Aqua maxime praerequisita est ad vitam sustentationem; & illius penuria maxime Populus perurgebatur; & tamen sibi persuadebat, divinam providentiam posse deficere, opem non ferendo, & necessaria non suppeditando; ideo turpissime in incredulitatis, ac diffidentiae peccatum est prolapsus; nam qui tam parum sapit de divina providentia; ut diffidat de ejus auxilio, urgente indigentia, hic incredulus, ac rebellis censendus est. Abulensis quaest. 4. Quia experti fuerant immensam Dei clementiam, debebant considerare, quod non deficeret in necessitatibus suis. Et ob hoc si aliquando non immediate provideret illis in necessitatibus; debebant aequanimiter tolerare, expectantes certissimam provisionem. Accidebat autem illis e contrario, quia quidam non credebant, Deum posse illis providere, quamquam aliquando vidissent contrarium. At autem, quamquam crederent, Deum posse illis providere, dubitabant tamen, an provideret. Et isti distabant immensa bonitati Dei, ex quo sequebatur desperatio.

Chald. Graecus.

Qui de divina providentia diffidit, valde incredulus.

Abulens.

Matth. 6. n. 33. Quaerite ergo primum regnum Dei, & justitiam ejus, & haec omnia adjicientur vobis.

Ibid. num. 34. Nolite ergo solliciti esse in crastinum; crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi; sufficit diei malitia sua.

VERSIONES.

Aras. Quaerite autem primum regnum Dei, & justificationem ejus, & haec omnia proponentur vobis.

Syriacus. n. 34. Ne sitis igitur anxij de crastino: nam crastinus dies curam habebit sui ipsius; sufficit diei malum suum.

Codex Victorin. Crastinus dies sollicitus erit de se ipso.

Pagnin. Vatabl. Nam crastinus dies curabit, quae sua sunt; sufficit sua diei afflictio.